

iuris, & p̄ctus difficilimus, vt cōstat ex traditis per Dd. infra allegādo, & in specie ex Iaf. in l. in suis, num. 45. ff. de liber. & posthum. qui inter exeros articulum hunc examinātes, latius & bene post Alexand. discutit. Ipse tamen, cum viderim tot scribētes, itaque late procedentes, quos in re hac difficile esset enumerare, non omnia, quæ scripta sunt, referam, sed potiora difficilioraque, neq; ea attingerem, nisi difficultates subterfugere atque euadere viderer, qui huius legis cōmētaria susceperim. Inuocato igitur diuino auxilio, primo dico, videri, vt in querela non sit locus successorio edicto, & sic quod in casu huius legis nō admittatur pater ad eam, filiis testatoris exclusis per sententiā, primo omittis aliis per text. qui videtur expressus, & sūme difficilis in materia in l. si quis filius C. de inoffic. testamēt. vbi casus ita potest figurari: Quidam cū conderet testamentum, filium suum, ex quo nepotem habebat, exheredauit, & extraneum heredem instituit: filius exheredatus, deliberante herede extraneo instituto, nullaque petitione facta super querela, decessit, & sic inquit text. Quid omne adiutorium nepoti dereliquit, ita quod nepos nullum ius habeat, & quod ita nonnulli Iuriconsulti inhumane reliquerunt; Ipse tamen Iustinianus noue in illa lege prouidet nepoti, dādo ei omnia iura, quæ pater habebat ad inofficiosi querelā preparandam, etiam si ipsa non preparata pater eius decesserit, modo & forma traditis in illa lege. Ergo ecce text. manifeste probantem, quod nepos non admittatur ad querelā per successorium edictum, quandoquidem ipse erat omnino remediū defuturus, si à Iustiniano nō daretur ei querela transmissa, etiam non preparata. Itē dicit text. ibi, quod nonnulli Iuriconsulti inhumane articulum hunc in decem reliquerunt, sed nulla esset inhumana, si nepos possit venire per successorium edictum.

Secūdo principaliter pro hac eadē parte, quod in querela nō sit locus successorio edicto, est text. fortis in l. scripto, ff. de liber. in verisic. ceterum, vbi probatur, quod filius exheredatus moriē obstat nepoti in causa testari, quia extraneus her. institutus potest adire: Ergo si potest adire, & filius exheredat. obstat nepoti preterito, nepos villo iure nō admittitur suo iure: Nā aditio in casu illius text. ad excludendū nepotem intelligenda est cum effectu, ita quod rescindi non possit, argumento text. in l. 3. S. hac verba, ff. de negotiis gest. nam alias lex verbis & non reb. imponeretur, & esset frustratoria & inanis eius dispositio, contrahentelq; per legē deciperetur, quæ omnia contra leges sunt. Tertio facit, quia pater tantum tenetur pro forma & validitate testamenti filii instituere, vel exheredare, non autem ceteros vltiores, text. in l. inter cetera ff. de liber. & posthum. in princ. Instit. de exhered. liber. S. ita demum, Instit. de hered. qua ab intest. deser. neque vltiores preteriti rumpunt, etiam si filius exheredatus decesserit ante aditam hereditatem ab instituto, l. si quis posthumos, §. 1. ff. de liber. & posthum. l. si quis filio exheredato, in princ. ff. de iniust. rupt. Cum ergo pater satisfecerit huic formæ, riteque & recte filii exheredauerit, & filius iuste sit exclusus à querela sententiā vel repudiatione, merito quod iudicium patris sit securū, & non controuentatur ab alio, alias sequeretur inconueniēs supradictum in secundo fundamento. Et hæc sunt, quæ præcipue vrgēt pro hac prima opinione, omittis aliis leuiorib. quæ videre poterit lector per ceteros scribētes. Et in expresso, quod nepos non admittatur ad querelam iure proprio, postquā pater eius legitime est exclusus, tenet gloss. in d. l. scripto ff. de liber. in verbo adiri potuerit, tenet etiam gloss. in d. l. si quis posthumum, §. si filium, verbo, fuerit ff. de liber. & posthum. & gloss. in l. posthumorum, ff. de iniusto rupto, & tenent subtilis Ultramontani Petrus Iacob. de Aretin, Guilielm.

de Cug. Iacob. de Buttr. & Salycet. in d. l. si quis filium, & Aretin. in l. 1. C. de successor. edict. & ex recentioribus hanc opinionem late probans, tenet Anton. Gomez. 1. tom. cap. 11. num. 21.

Sed t̄ his omnibus non obstantibus, contraria sententiā & v̄ior & magis communis est, imo quod in querela sit locus successorio edicto, & quod pater & nepos preteriti in casu huius legis, & regulariter admittantur ad querelandum iure proprio, non tantum ex persona patris, provt hodie potest, per d. l. si quis filium. Et t̄ antequam vltius procedam, aduertendum est, quod est maxima differentia, an nepos preteritus admittatur ad querelam non preparatam ex persona patris: vt hodie admittitur ex d. l. si quis filium, an ex persona propria per successorium edictum, secundum v̄iorem & magis communem sententiā Doctorum; Quia in primo casu tantum admittitur, quoties pater eius nepotis non est exclusus tempore vel repudiatione, vel etiam sit victus: Nam alias quando pater est exclusus, & nullum ius habet, nepos ex patris persona nō admittitur, cum patris ius sit extinctum, ita probat d. l. si quis filium, ad fin. & l. 4. r. 8. part. 6. At vero si admittatur per successorium edictum, etiam si pater fuerit exclusus legitime, ad querelam admittitur nepos, cuius non iure patris, sed nepotis venit, vt ex iurib. infra allegatis patet; & sic hodie multū interest, etiā attēta decisione Iustiniani in d. l. si quis filium, quod in querela sit locus successorio edicto.

Tum t̄ etiā alia est differentia, quia quando nepos venit ex persona patris, merita ipsius patris sunt perspicēda in querela inofficiosi testamētī, vt in d. l. si quis filium. At vero quādo ex persona propria, propria etiam merita atēdenda sunt, vt in l. 3. emancipatus filius, in fin. ff. de bon. pos. cont. tab. cū siml. His sic breuiter præhibitis, primo hæc opinio, quod in querela sit locus successorio edicto, probatur: probatur optime in l. si quis, ff. de inoff. testam. qui text. est expressus, & nō potest cauillari, cuius verba sūt: Si is, qui ad accusationē admittitur, nolit aut possit accusare, an sequēs admittatur, videndum est: Et placuit posse, vt fiat successioni locus. Textus adeo clarus est, vt non egeat inductione: Nam ad hoc principaliter venit text. ille, & dicere text. illū debere intelligi, vt sequens admittatur ex persona primi exclusi, violat literam text. præterquā quod diuinar, sicut etiam diuinar dicere, quod ibi fuit exheredatus nepos, secundū cōsiliū Galli Aquilij, qui sicut introduxit institutionem nepotis, ne subuerteretur testamentum aui, & ita exheredationem ipsius consuluille supra, in fin. illius num. subdens esse subtilem intellectum.

Secūdo t̄ principaliter pro hac opinione est textus optimus in l. 3. §. emancipatus filius, ff. de bonorum possess. contra tabul. in fin. de quo textu supra late egimus: vbi probatur, quod nepos ex filio emancipato & exheredato, patre excluso, admittitur ad querelam: & inquit text. quod tunc iudex, qui de inofficio cogniturus est, non tam delicta patris, quam nepotis merita perpendet: Ergo patet, quod ibi nepos iure proprio admittitur nō vero ex persona patris, cum nepotis demerita inspiciantur magis quam patris; quod secus esset, si ex persona patris admittatur, vt in sape allegata l. si quis filium. Vnus scrupulus mihi superest de textu illo quod ones Doctores supra citati allegantes in proposito text. illū præsupponūt, & intelligūt text. illum, vt probet, quod iudex tantum cognoscat de meritis filij, non vero de delictis patris: & sic intelligēdo bene probat opinionem supradictam, tamen reuera saltem, quod in meo libro vidi, textus ille potius dicit, quod debet iudex inspicere, nō minus merita nepotis, quā delicta patris eius.

eius: & sic videtur, quod in illo text. admittatur ex vtriusque persona. Sed potest subdveri hæc obiectio, si consideremus, quod etiam si hoc probet illa lex, adhuc probat, quod ex propria sui persona nepos admittatur, quandoquidem sua materia perpendi etiā debent: verum vltra hanc, alias tres obiectioes, ne probet hanc sententiā, ponit text. illi Alex. in d. l. si quis posthumos, §. 1. Prima, quod text. ille loquatur in bonorū possessione contra tabulas, & non in querela, vt dicit text. ibi, Dicemus, & ex ea natura ad bonorum possessionem, & c. & tenet gl. ibi, verb. merita, & fuit late dictum t̄ super intellectu huius legis, sed v̄ior intellectus est, itq; communis, vt intelligatur text. ille in querela, vt probat ille text. ibi, qui de inofficio cogniturus est, & c. & dum dicit, perpendenda esse merita nepotis, quod in contra tabulas non est necesse: & ita tenet Bart. cuius intellectus est communis, vt dicitur est hac l. in verisic. ex quibus omnibus supradictis, vt text. de claremus subtilem in materia. Secundo dicit, vbi t̄, quod ibi filius emancipatus, & exheredatus decessit viuo patre auo nepotis. Sed respondeo, quod hoc est verū in primo casu illius text. vbi pater, nō vero in secundo: ita respondit Iaf. in d. l. in suis, num. 54. Tertio dicit Alex. quod ibi tam filius quam nepos, erat exheredatus; & sic merito, quod nepoti datur querela, quod vltra ipsum probatur in illo text. dum dicit, cum possit aui suo iure vi, eumque exheredare. Nam, vt bona sit & concludēs ratio text. verbum, eum, est intelligendū de nepote, & intelligit Viglius. Sed cōmunis intellectus est, vt intelligatur in filio, vt suprad. est in d. verisic. ex quibus omnibus. Tertio & vltimo pro hac opin. est text. in hac l. pater filium, quam præ manibus habemus, vbi dicit text. quod si contra filios iudicetur, pater ad querelam vocatur, & suam intentionē implere potest; intelligendo secundū Bart. intellectum & communē & v̄iorem supradictum, quod verū querela, s̄ter proprie in hoc text. per supradictas rationes. Et ita est text. expressus hic, tenet gl. si in si. & anteo omnes hanc opinionē tenuit Azo in sum. C. de inoffic. testam. n. 16. vbi dicit notatu dignum. Tenet etiam Bart. hic. n. 9. & tenet cōm Paul. hic. n. 15. tenet idem Bart. in d. l. si quis, & quidem in rubr. C. de success. edict. x. quest. vbi hanc dicunt communem Alexand. & Iaf. n. 5. Dec. 6. Curt. 10. Sapia 6. dicunt etiam communem Paul. n. 7. Alexand. 5. in d. l. si quis posthumos. S. 1. vbi inquit, articulum hūc esse inuoluntum, hanc opinionem dicit, communem, eam sequutus & bene defendens Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, in 10. ampliat. n. 59. & segg. C. de inoffic. testam. vbi bene loquitur, tenet etiam gl. ordinaria Bar. & communiter Doctores in d. l. si quis filium, & hanc testatur magis communem plures referens Anton. Gomez. vbi supra, ex Iaf. quem refert in d. l. in suis, n. 45. in meo lib. est in n. 52. & segg. hæc etiam magis communem dicit plures D. allegans Menchac. de success. creat. §. 20. n. 113. & ita meo iudicio est tenendum cum hac opinione, quæ est vera & communior.

Primo, t̄ non obstat huic receptissimæ sententiæ textus difficilis in d. l. si quis filium, vbi dicit textus, omne adiutorium nepoti dereliquit. Nā text. ille, si recte inspicatur intelligitur ex persona patris, quia olim querela nō preparata nō transmittatur, text. in l. 3. §. si cū l. seg. ff. de inoffic. testam. non vero loquitur textus ille ex persona propria, quo casu nos loquimur, quod constat ex textu, ibi. Primo dum dicit, quod est agendum de meritis patris; Ergo patet, quod tractatur de querela suæ personæ. Secundo, quia textus in si. dicit, quod si pater superstes tacuit per quinquennium ab adita hereditate, vel repudiavit expresse, non fit transmissio dictæ querelæ ad nepotem; & idem pro legat. libro vidi, textus ille potius dicit, quod debet iudex loqui in querela patris; Nam

si esset querela nepotis per successorium edictum, nō excluderetur prædicta querela repudiatione tacita, vel expresse, imo successorium edictum tunc proprie locum haberet, quando præcedens est exclusus tacite vel expresse, vel per sententiā, vt in d. l. si quis, & in hac lege sic optime probatur & conuincitur, text. illum loqui tantum in querela ex persona patris, à qua erat destitutus nepos, non vero iure proprio, ita textum illum intelligunt glossæ vbiq; tam contrariæ, quam hæc, quæ tenent communem opinionem, & sequitur Paul. de Castr. in d. l. si quis posthumos, §. 1. n. 7. & sequitur Roder. Suar. vbi supra, n. 46. qui n. 58. inquit, hunc esse omnium intellectum, quem defendit & dicit communem Iaf. in d. l. in suis, nu. 46. & 47. ¶ Vel secundo & optime, hoc modo potest illi textui responderi, quod ibi de nouo hoc inducitur, vt querela, licet non fuerit preparata, transmittatur, quamvis nondum cœperit competere, cum illa competat de iure adita hereditate, & non ante, vt in l. Pappianus, §. si conditione, ff. de inoffic. testam. cum similib. & in d. l. si quis filium, pater nepotis decesserat, deliberante adhuc herede scripto, & sic nunquam incepit competere dicta querela, cum nō esset adita hereditas, & nihilominus hoc ibi deciditur, vt etiam nondum competens patri, & non preparata transmittatur, & sic ante legē illam, non potuit in illo casu habere locum successorium edictum, quia illud habet locum in iure jam delato, iuxta text. in l. 1. C. de success. edict. ibi, delatam, cum similib. hunc intellectum referunt post Cumanum Paul. n. 7. & Alex. in d. l. si quis posthumos, & dicit communem Sapia in rubric. nu. 6. C. de success. edict. sequitur plures referens Iaf. in d. l. in suis, nu. 47. & 48. & ita remanet optime discussa difficultas illius textus, & jam constat non obstat, imo dilucidatus est ejus verus intellectus.

Non t̄ obstat secundum fundamentum de l. scripto, ff. de liber. cum omnib. supradictis: quia debet intelligi vtroque modo; dicto ad d. l. si quis filium, scilicet, quod ibi loquitur, vt pater obstat nepoti: ne possit nepos succedere ex persona patris, non vero ex persona sua, secundum Roder. Suar. vbi sup. n. 57. col. 2. illius nu. licet Iaf. in d. l. in suis, nu. 49. referens hunc intellectum ex Alex. dicat, quod est debilis responsio, quia textus dicit, quod pater obstat nepoti in causa testari: Ergo valet testamentum, & sic non habet locum successorium edictum in querela, nisi respondens, vt infra dicemus in tertio intellectu.

Ideo secūdo modo potest dici, quod ibi decessit pater exheredatus deliberante herede scripto, & sic querela nunquam fuit delata, & ideo iurē illo nō potuit habere locum successorium edictum, licet hodie possit, iuxta secundum intellectum communiter approbatum supra assignatum: Ita in specie respondet Iaf. in d. l. in suis, n. 50. qui ponit alium & tertium intellectum, scilicet, quod ideo text. ibi dixit, scriptum heredem posse adire, vt ostendēret testamentum non esse nullum, quandoquidem filius exheredatus fuit, & satisfactum formæ & sollemnitati legis. Secundum quem intellectum non est satisfactum verbis text. dum probat, quod pater obstat nepoti: & ideo responde, vt supra dictum est, alijs duobus modis.

Tertia difficultas contra magis communem non obstat, quia loquitur & procedit, quando nepos vult venire ex causa preteritionis, nā tunc attenditur status nepotis tempore mortis aui, quo attento non debebat institui, vel exheredari, vt in d. iurib. sed poterat preteriri, secus si velit venire per querelā, vbi habet edictum locum successorium, secundum magis communem opinionem: ita in specie respondet Roder. Suarez vbi supra, num. 50. ¶ Neque obstat vnum sem-

per in re hac facit dubium Paul. de Cast. in d. l. si quis filium, ad si d. l. 1. § si pater sit institutus, & nepos sit prateritus, talis nepos non potest querelare nec dicere nullum testamentum: Sic igitur in proposito videbatur dicendum, quando pater est exheredatus ut in l. inter cetera, cum similib. ff. de lib. & posthum.

Sed respondet Paulus ubi supra, notabiliter, esse maximam differentiam inter hos casus: Quia quando pater filium instituit in legitima, licet pratereat nepotem, satisfecit solemnitati iuris, & etiam debito naturali, ideo nepos de prateritione non potest conqueri, ut possit dicere nullum, nec contrabulare testamentum: tu adde etiam si filius institutus repudiet, secundum Rod. Suar. ubi sup. n. 59. Sed quando pater exheredat filium, & praterit nepotem, ut in nostro casu, licet satisfaciatur solemnitati iuris, non tamen satisfecit naturali debito, postea, quod filius meretur exheredari, cum etiam de iure natura delictum patris non debeat nocere filio iuxta illud: Anima, quae peccaverit, ipsa morietur. Et alibi: Non portabit filius iniquitatem patris. Et Cicero l. b. epistoliarum ad Brutum, accerbum esse ceteris, parentum scelera filiorum poenis lui: & etiam secundum ius nostrum poena suos debet tenere auctores, l. sancimus C. de pennis, ideo attendita equitate naturali, poterit conqueri de testamento aui ex propria persona, & hoc est, quod dicitur, ut in querela habeat locum successorium edictum, tenet etiam Paulus in d. l. si quis posthumus, §. 1. n. 8. quam solutionem Pauli sequitur & maxime commendat Roderic. Suarez ubi supra, n. 57. qui dicit, quod bene notes tu, qui nunquam audisti, neque unquam ab alijs reperies ita declaratum: alias si praedicta non consideres, secundum eum videretur tibi somnare in hoc articulo. Et sic resolutae sunt omnes difficultates, & defensata remanet magis communis & vera opinio, a qua non est recedendum, neque in iudicando neque in consulendo.

Ratio autem, quare ad querelam vocetur nepos per successorium edictum, refertur duplex a Dd. Prima Bald. & Paul. ex hac l. & eorundem in d. l. quis posthumus, §. 1. & in d. l. in suis, quoniam querela est remedium subsidiarium, ut in d. §. tam autem naturales, Instit. de inoff. test. & supra dictum est; & si hoc remedium non daretur, esset omni remedio destitutus nepos, & ideo prouisum fuit per successorium edictum: pro quo facit dictum Bal. in praesenti, 4. col. ad si. & col. seq. ubi dicit, quod ad substantiam querelae non requiritur exhereditatio, sed sufficit in officiositas, & ideo ea datur prateritis a linea materna.

Alia & secunda ratio est Imol. qui praecedente reprobatur in d. §. 1. scilicet, quod iura voluerunt, ut ex quo aperta est via ad rumpendum testamentum per querelam vel per contra tabulas excluso primo, illud ius rumpendi transiret per successorium edictum ad sequentem; qui erat talis, quod si primum gradum obtinuisse, habuisset illud remedium: & has duas rationes referunt & cum eis transeunt Ias. in d. l. in suis, nu. 62. & 63. & Roderic. Suarez ubi supra, nu. 37. & hi alios allegant sequentes eas.

Restat nunc vnum dubium, quia videtur, quod hodie non sit locus successorio edicto in querela, imo quod nepos prateritus rumpat ipso iure, quia hodie non licet praterire liberos, imo neq; exheredare sine causa certa insertione & approbatione, ut in auct. ut cum de appell. cognosc. §. aliud, collat. 8. text. in auct. non licet. C. de lib. prae. vel exhered. Sed nepos huiusmodi in nostro casu est prateritus, & licet habeatur pro exheredato, nulla est adiecta causa; Ergo ei non competit querela in officioso testamento.

Ias. in d. l. in suis, nu. 45. & 46. cum alios quos refert dicit hunc esse casum vnicum & peregrinum, in quo etiam hodie datur querela ei, qui est habitus pro exheredato sine insertione causae, scilicet in eo, qui succedit per successorium edictum, ea nempe ratione, quia secundum ius ei non debetur legitima praecedente iusta exheredatione patris eius. Et in hoc huiusmodi prateritus differt a praterito a linea materna licet habeatur pro exheredato, & competebar ei querela olim; tamen hodie requiritur insertio causae, alias erit testamentum nullum, ea scilicet ratione, quia obtinet primum locum, & debetur ei legitima, non tantum secundum naturam, sed etiam secundum ius, prout notum est.

Et quod requiritur insertio causae, tenet gloss. reputata singularis in auct. de hered. & Falcid. §. exheredatos, vers. noluit, collat. 1. quam dicit signandam & approbatam Ias. in d. l. in suis, nu. 45. & illius gloss. opinionem testatur esse communem Ias. in l. 2. nu. 18. C. de bonorum possess. contra tabul. Curt. in auct. ex causa, num. 14. C. de liber. prae. vel exhered. & idem Curt. in l. ff. de inoff. testam. post Paul. ubi, num. 2.

Ideoque quando huiusmodi nepos succedens per successorium edictum intendat querelam, poterit eum remouere heres scriptus, probando causam ingratitudinis contra eum, licet expressa non sit, secundum Ias. ubi supra, nu. 66.

Et recenta communi opinione supradicta eam limitat Bart. in repet. d. l. in suis in u. opposit. quando filius exheredatus approbaret testamentum, & isto modo excluderetur a querela, quia tunc sequens in gradu non poterit querelare, arg. l. Papiianus, in prin. ff. de inoff. test. ubi, ipse enim iniuria est. Ergo poterit ei renouari, secundum argumento text. in l. filio praterito, ff. de inoff. test. ubi testamentum a principio inuaditum reuocatur de iure pratorio approbatione filij prateriti. Ergo a fortiori, quod validum est, irrevocabile fiet, ut puta quando filius exheredatus, sed diuersa hae sunt, praterquam quod lex illa est exorbitans, ac perinde non extendenda, quia ibi in filij approbantis praedictum bene reuocatur testamentum, hic vero in praedictum aliorum non est aequum, ut valeat, praecipue cum eo ipso, quod filio exheredato delata est querela, aperta sit via querelandi ceteris successoribus, atque perinde in eorum praedictum non poterit consentire exheredationi, argumento text. in l. si quis ff. de inoff. testam. ubi probatur, quod successorium edictum habet locum, quando filius exheredatus noluit agere querela, & sic tacite approbavit testamentum, & ideo dicta limitatio Bald. non est tenenda, quam aliquos, quos refert, reprobatur Ias. in d. l. in suis, nu. 55. & 56. & latissime Roderic. Suarez in d. 10. ampliat. n. 50. qui nu. 61. inquit, forte posse sustineri limitationem Bald. quando in ipso actu testandi filius consentiret exheredationi patris, iuxta l. non putauit, §. si quis sua manu ff. de bonorum possess. contra tabul. gloss. ordinaria & communiter approbata in l. si quando, §. fin. C. de inoff. testam. in verbo, iudicium, & etiam hoc casu relinquit cogitandum Roderic. Suarez ubi supra, qui etiam in numeris sequentibus alias limitationes ponit ad successorium edictum, praecipue, quando filia renuntiavit hereditati paternae cum iuramento, iuxta e. quamvis pactum de pactis, in 6. de quo articulo videndus est ipse ubi late numer. 62.

Uterius hic est notandum, quod sicut in querela est locus successorio edicto, ita etiam in bonorum possessione contra tabulas, ita tenet Bartol. in rubric. C. de success. edict. 2. quae, num. 1. per textum quem allegat in l. 3.

l. 3. §. emancipatus filius, de bonorum possess. contra tab. cuius opinionem testatur communem Alex. ubi, n. 5. Curt. 15. dicit magis communem Roder. Suarez in d. l. 10. ampliat. n. 3. col. illius numeri. Vnum tamen est, quod textus in d. §. emancipatus filius, non bene allegatur ad hoc a Bart. nam imo ille text. loquitur in querela, ut supra late dictum est, imo idemmet Bart. eum intellexit in querela, ut supra diximus in allegato vers. ex omnib. supradictis, quod est notandum, quia in effectu Bart. libenter videtur contrarius in hoc.

Adde etiam esse maximum dubium: An in iure dicendi nullum, habeat etiam locum successorium edictum: Et articulus hic satis difficilis est, sed quia non principiter tangit intellectum nostri text. ideo remissive in eum procedam, & refertur Bald. in plurib. locis tenuisse, quod non tenet etiam Angel. de Periglijs in d. l. in suis, & tenent multi allegati per Alex. in d. l. si quis posthumus §. 1. n. 4. & hanc sustinet pluribus fundamentis Aretin. consil. 49. quam esse communem ex Aretin. testatur Curt. in dist. rubric. de successor. edict. nu. 16. est etiam communis secundum Roderic. Suar. ubi supra, n. 50. qui plures eam tenentes refert & eam sequitur, sed contrariam opinionem tenent plurimi allegati per Alex. ubi sup. & tenent etiam Paul. in d. §. 1. nu. 2. & ibi Ias. late agit, n. 12. & 13. tenet etiam Corn. in d. rubr. n. 2. est communis secundum Mench. de success. creat. §. 20. n. 131. qui huius contrarietatis non meminit.

Vltimo tunc adde, quod in iure agendi ad supplementum est locus successorio edicto, ut tenet bene Bart. in hac l. pater filium, nu. 14. & Paulus 15. & Roder. Suar. ubi supra, nu. 58. Et per haec, cum laude Dei, impositus est finis Commentarijs huius difficillima l. pater filium, in qua magtopere insudauit.

S V M M A R I A.

- 1 Solis personis aduentibus accrescunt portiones repudiarum.
- 2 Testator censetur relinquere hereditatem heredibus institutis sub tacita conditione, scilicet, si adierint illam, alias deferenda est venientibus ab intestato.
- 3 Hereditas non adita, quare ad heredes non transmittitur, rationes aliqua subiunguntur.
- 4 Ius accrescendi fuit inductum, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus.
- 5 Institutus ex semisse, nullo alio coherede dato, habebit totum assem.
- 6 Miles potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.
- 7 Favore causa pia potest quis, etiam paganus, decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.
- 8 Ius accrescendi habet etiam locum inter heredes legitimos, & sic inter venientes ab intestato.
- 9 Tacitam illam defuncti voluntatem, quam habent venientes ab intestato, intelliguntur tantum habere, qui sunt in loco proximiori, scilicet, qui sunt in ulteriori.
- 10 L. solus, in prin. ff. de acquirenda hereditate, intelligitur.
- 11 Ex postfacto, hoc est, post aditam hereditatem, potest quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.
- 12 Querela in officioso testamento minime competit, nisi de iure adita hereditate, & inde incipit currere, quinque nunquam durat.
- 13 Ius accrescendi non habet locum in contractibus.
- 14 L. fundus ille, ff. de contrahend. empt. & vendit. intelligitur.
- 15 Ius non accrescendi habet locum in contractibus.

- 16 Ius accrescendi habet locum in re donata duobus a Principe.
- 17 Alia rationes, quare ius accrescendi fuerit introductum.
- 18 Testator an possit prohibere ius accrescendi? & numeris sequentibus, hic ponitur prima opinio communis negatiua.
- 19 Ius accrescendi prouenit ex tacita mente defuncti.
- 20 Opinio, quae fauet testamento, semper est tenenda.
- 21 Sententia vnius Doctoris pro sustinendo testamento, an sit tenenda contra communem?
- 22 L. quoties, §. si duo, ff. de heredib. instituend. intelligitur.
- 23 Ius accrescendi fuit interpretatum a lege, mediante tacita testatoris voluntate.
- 24 Testator potest prohibere ius accrescendi in legatis.
- 25 Institutus iussum per testatorem non ultra petere, non potest salua conscientia ultra retinere.
- 26 Ius accrescendi non habet locum inter legatarios ammodo disunctos.
- 27 Ius accrescendi habet locum in donatione causa mortis, & n. 28.
- 28 Donatio causa mortis, prout est in fieri, equiparatur contractibus, & postquam est facta, equiparatur legatis, & sic vltimis voluntatibus.
- 29 Ius accrescendi an habeat locum in illo, quod datur gratia conditionis implenda.
- 30 Ius accrescendi quare non habeat locum in contractibus rationes aliqua assignata.
- 31 Ius accrescendi habebit locum in contractibus & stipulationibus, in omnibus casibus, in quibus valet stipulatio alteri per alterum facta.
- 32 Ius accrescendi de iure canonico habet locum in contractibus, & n. 33. & 34.
- 33 Stipulatio alteri per alterum facta in iure Canonico valet.
- 34 Quando verba stipulationis, hoc est, obligationis sunt directa ad stipulantem & exsequuntur ab absentem, oritur obligatio naturalis.
- 35 Stipulatio alteri per alterum facta, valet hodie de iure Regio.
- 36 Ius accrescendi, quod habet locum hodie in contractibus.
- 37 Ius accrescendi non est locus inter succedentes diuerso iure.
- 38 Ius accrescendi, ut locum habeat, requiritur, quod succedat iure communi, non vero iure speciali.
- 39 Ius accrescendi, ut locum habeat, requiritur, ut portio, quae accrescit, sit vacans, neque fuerit adita: nam si fuit adita, etiam si postea vacet, non accrescet inuito.
- 40 Ius accrescendi, ut locum habeat, requiritur, ut portio, quae accrescit, vacet ipso iure profusus, ita quod neque civiliter, neque naturaliter debeatur.
- 41 Intellectus ad l. vnic. Cod. si imperial. lib. soc. sine hered. decess.
- 42 Ius substitutionis vulgaris praefertur iuri accrescendi.
- 43 Quod procedit etiam in tacita substitutione.
- 44 Procedit etiam de iure Regio.
- 45 An id procedat, quotiescumque ille, qui venit per ius accrescendi, est persona valde dilecta testatoris, vel coheredis, de cuius portione quaritur, utrum ei substitutus vulgaris tacitus praefertatur necne?
- 46 Inutilis substitutio impedit ius accrescendi.
- 47 Substitutus vulgaris expressus excludit coniunctum, etiam filium testatoris.